



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 146. Dissidia inter Mediceos & Pazzios Florentiæ exorta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Maurorum Rex residuam tributi partem, **Sæcul. XV.**
 quam adhuc debebat, pendere non re- **A.C. 1478.**
 cusaret. Ad hæc ille tanta respondit
 arrogantia, ut certe brevi temeritatis
 suæ poenas dedisset, nisi Ferdinandus in
 Castellæ Regem salutatus, gravibus cu-
 ris alibi distentus hæsisset, & aliunde,
 cum rara prudentia, qua suo ævo vix su-
 periorem habebat, scite temporis servi-
 re scivisset; binc autem suo dolori, i-
 ræque imperabat, donec dissidia ob Ca-
 stellæ & Lusitanæ Regna penitus com-
 posuisset.

§. CXLVI.

Dissidia inter Mediceos & Pazzios Florentiae exorta.

Hoc anno post Christum natum millesi- **Comm. l.6.**
 mo quadringentesimo septuagesimo **cap. 5.**
 octavo Florentinorum Respublica ingen- **Angel. polit.**
 ti tumultu turbata est; oriebantur e- **in epist.**
 nim gravissimæ dissensiones inter Medi- **Brut. l.6. & 7**
 ceos, & Pazzios. Erant hæ duæ fami-
 liæ ceteris potentia ac divitiis longe præ-
 stantissimæ. Evidem Pazzii generis
 antiquitate, ac opulentia prævalebant,
 Medicei vero non solum Florentiae, sed
 in tota Italia auctoritate clariores erant.
 Creverat utraque familia ad tantam bo-
 norum copiam ex industria Cosmæ senio-
 ris, sapientissimi civis, qui suo ævo ho-

S s 3 nora-

Sæcul. XV. noratissimis Viris accensendus, felicitate,
A. C. 1478 gloria, & populi amore canitem suam
immortalem reddebat, ac non vano no-
mine Pater Patriæ, & liberator populi
nuncupabatur. Hic ipse filium habuit
Petrum suæ auctoritatis, opumque hæ-
redem, qui tamen haud diu superstes
duos reliquit Filios Laurentium & Ju-
lianum. His tamen non eadem, ac eo-
rum Avo, Patrique fortunæ prosperitas
adspirabat; omnibus enim juxta ac fu-
nestissimis agitabantur malis, quæ emu-
latio atque invidia in eorum animis
fuscitare solet, qui ambitione inflati etiam
cum dispendio honoris, ac justitiæ se se
per alios erigere anhellant.

§. CXLVII.

*Conjuratio Pazziorum in Me-
diceos.*

*Machiavel.
hist. Florent.
I. 8.*

*Onuphr. in
Sixt. IV.*

Sixtus IV. Papa minus propensum in
Mediceos fovebat animum; eoque
Hieronymi Riarii ejus Nepotis fastui ad-
versarentur. Ex adverso gratia & favore
apud Pontificem plurimum valebant Paz-
zii: Hi itaque auctoritate ac potentia,
quarum utraque urgens est ad quævis
audenda stimulus, suffulti, in fratres Lau-
rentium & Julianum conspirationem con-
flant: quisque etiam suos habebat fau-
tores numero & viribus neutri impares.

Unde